



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Enthymema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

His praesentiaque subijciamus. Eadem Hypotyposis, Diatyposis, Characterismus, Descriptio.

Euthymema.

Fit, cum per iodus orationis ex contrarijs sententijs astringitur. Apud Lucilium, [Si me nescire, hoc nescis, quod querere dico, Quare diuinas quicquam, aut querere debes.] ipse. Et si scis q. b. e. scire hoc. Cicero in diuinatione, tamen hic operam tuam polliceberis, qui te neque velle sua causa, nec si velis, posse arbitrantur.

Epagoge.

Fit haec ex rerum similitum collatione, vel argumentorum, salua tamen similitudine rerum. vt Viug.

Imprecium assris veluti qui sentibus anguem

Pressit humi nitens.

Et Cic pro Rosc. comparat occupationes Iouis opt. maximi, Sylla rebus gestis propius. Argumentorum autem, vt Lucretius, [Na si tu fluctus, vndasque e gurgite salfo Tollere decreueris, ventum prius Hymnatum ru, Ventum, inquam, tollas.] &c.

Epanalepsis.

Est, cum idem verbum in eadem sententia & primum est, & extremum, vt, [Caesaris, & famam, & nomen tot ferre per annos, Tithoni prima quor abest ab origine Caesar. Et, Antei nouis rubeant quam prata coloribus, ante. Et; Vnum illud tibi nate dea, proque omnibus vnum. Et, Ipsam obrestemur, veniamque oremus ab ipso.] Latine dicitur inclusio.

Epanalepsis.

Hoc schema fieri solet, cum id, quod dictum semel est, quo grauius fit, iteratur. Id interdum fit vno verbo: interdum pluriu verborum conjunctione. Verbum sic iteratur. Pythia, Quid contra tot res, tamque euidentis dicere potes Demosthenes? cognitum enim est te rempublicam venalem habuisse, cognitum est. Item, Hegefia. Sed instigabat multitudinis animum ad bellum, inferendum concitatus iracundia furor. Furor, inquam, non ratio, sine qua nihil vnquam populus ex sententia gessit. Sed pluriu verborum iteratio est huiusmodi. At ego in his arumnis amicis sum spoliatus omnibus, iudices qui non, quod me odissent, sed quod inimicorum factionem pertinuissent, me in malis deseruerunt.

Epanalepsis, repetitio. Haec figura tantum a Palilogia distat, quod in illa quidem vna pars Aquil. p. orationis bis repetitur, tum coniunctim, tum 20. interposito vno, aut altero verbo, quo vehementior elocutio videtur fieri: at in hac eplurium verborum continuatione repetita, idem queritur: vt, si dicas, Partic suae quisquam, o dii immortales exitium est machinatus? Hec non potest: iam non potest, inquam, libera haec ciuitas esse.

Epanalepsis, repetitio sententiae propter aliam necessariam causam, non vt fit in figuris elocutionis, sed apud Lucilium: vel consilio vestrum, quod dictis olim eclicole adfuissemus priore concilio. Cic pro Rabirio, Libenter, si esset integrum, profiterer idem, Saturninum. C. Rabirij manu interfectum, nihil me iste clamor commouet, vsque huc libenter, inquam, profiterer.

Epanalepsis, est eorumdem verborum simul positurum, eiusdemque sententiae, post multa interiecta, cum aliqua periodi conclusionem facit repetitio, vt;

Huc pater o Lenae, tuis hic omnia plena. Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno

Florui agor. Spumas plenis vindemia labris.

Huc pater o Lenae veni!

Et, Pastorum musam Damonis, & Alphestici;

Immemor herbarum, quos est mirata iuuenca

Cartantes, quorum suspensa carmine lycaei.

Damonis Musam dicemus. & Alphestici boi.

Latine haec figura dicitur resumptio, vel repetitio.

Epanaphora.

Est, cum ab eodem verbo plures inchoatae sententiae incipiunt, vt,

Hic gelidi fontes: hic mollia prata Lycori, Hic nemus, hic ipso tecum consumere a-

Et, Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

Num lachrymas vultus dediti aut miseratus manserit?

Et, bellum o terra hospita portas, Bello armanur equi, bellum hac armenta mi-

nantur.

τραπ. ἀπὸ τῆ αὐτῆ κόμματος: δύο ἢ πλείονα κῶλα ἀρχῆται. Alexander. Rhetor. Jul. Ruf. p. 31. Anaphora: seu repetitio. Et Epibole. Aquil. p. 20.

Et, Ver